



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Svmmorvm Pontificvm Romanorvm Continvata Svccessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233



SÆCVLV M QVINTVM CHRI- STIANO-ARIA- NVM.

SVM MORVM PONTIFICVM ROMANORVM
CONTINVATA SVCCESIO.

42. INNOCENTIVS I. anno
402. creatur: agitq; an.
404. pro Chryf. ad i-
plum appellante con-
tra Theophilum. Quem cum compli-
cibus, post obitum S. Chryfostomi, ex-
communicat an. 407. Consultus ab
Tolofano Episcopo de rebus Ecclesie
respondet an. 405. Diuina prouidentia
ab Gothica Vitis Romanæ direptione
subtrahitur, an. 410. Acta Conciliorum
Carthaginensis & Mileuitani confir-
mat contra Pelagium, an. 416. Obiit an.
417. cum sedisset annos 15. M. r. Consti-
tuit, *Natis de Christiana debere baptizari;*
quad re, vt non verbo, damnabat Pelagius, di-
cens, Infantes non esse reos peccati o-

rig. Decentio, & Eugubino *causam ietu-
ny Sabbatini assignauit; quia Sabbato Domi-
nus in sepulcro fuit; & Discipuli ieiunarunt.*
Dedicauit plures ecclesias.

43. ZOSIMVS Græcus creatur anno
417. damnati Pelagius & Cœlestinus ad
Papam appellantes, & ouinam simulan-
tes, tute prostentur. At compertos fal-
si damnat vniuersali decreto, Honori-
us edictis proferibit; Et moritur an. 418.
Constituit Cereum paschalem bene-
dici ab Diacono.

44. BONIFACIVS Romanus crea-
tur, an. 418. Dolo Symmachi pellitur
Vrbe; at cognita ab Honorio causâ re-
stituitur; cieto Eulalio pseudopapa; nō
cedente sponte, vt Centuriatores fin-
m gunt,

gunt, & Pelagianus sparsit. Idē an. 422. Arelatenſis eccleſiæ inuaſorem repreſent. Moritur an. 433. Conſtituit, *ne monacha ſacratam pallam conſingeret, aut laueret.* Sedit an. 4 Men. 10.

45. COELESTINVS Romanus creatur an. 423. An. 428. nouū habitū prohibet Clericis, in Gallia incedere volentibus palliatos, renibusque ſuccinctos.

An. 429. Legatos mittit contra Pelagianos in Britanniam, Hiberniam, Scotiam.

An. 430. Neſtorij damnat errores.

An. 431. Concilio Ephefino Oecumenico præſt per Legatos, cuiusq; formam præſcribit. S. Auguſtinum contra Pelagianos calumniatores defendit. Encyclicas ſcribit contra Neſtorium, & hortatur Honorium ad eum compri mendum, an. 432. & obit, cum ſediſſet annis 8. Men. 5.

Conſtituit, *Pſalmos Davidis pſalli ante miſſam*, cum antehac ſolum Epiftoſa, & Euangelium recitarentur.

46. SIXTVS III. Rom. creatur anno 432. Studet Neſtorium ad ſana reducere; ſeque purgat de fauore in illum: an. 433. Infamatus etiam de ſtupro monachæ illato purgatur in Concilio coram Valentiniano Imp.

An. 439. Iulianum Pelagianifmi defenſorem, doſe pœnitentem rejicit. Moritur an. 440. Sedit annis 8.

47. S. LEO I. creatur an. 440. turbariſſimo tempore.

An. 443. Manichæos Romæ detectos eiicit in exilium.

An. 444. Damnatis in Conc. Romano Manichæis, Pelagianos in Italia ſubvertit.

An. 447. Ephefinum Epifcopum deponit.

An. 448. Eutycheſ ad eum appellat.

An. 449. Ad pſeudoconcilium Epifefinum, dolo Eutycheſis ab Theodoſio indiſtum, mittit legatos cura Encycli ca de Incarnatione, quam ſcriptam prius ſepulcro S. Petri imponēs ait: *ſi quid, ut homo minus cautè poſui, tu emenda.*

Quattiduo poſt reperta eſt manu S. Petri ſubſcripta; *Legi emendat.* S. Patres eam religioſe deſcripſerunt: Eulalius Dornæ in Lybia Epifcopus eam defendit; cui tertium apparens S. Leo gratias egit. Eas tamen Dioſcorus veruit legi in Synodo, in qua Eutycheſ abſoluitur; damnatur Flauianus inſons accuſator eius, occiditur. Papa Romæ in Concilio damnat acta pſeudoconcilij; quod tamen Theodoſius tuetur; unde Dioſcorus in Alexandrino pſeudoconcilio excommunicat Papam primus.

An. 451. Conc. Chalcedonenſi per Legatos præſidet; Cuius acta de fide confirmat; prærogatiuam eccleſiæ Conſtantinopolitanæ caſſat, an. 452. Et Attaliam, excidium vrbi parantem aſſiſtentibus ei S. Petro & Paulo, miraculoſe fleſcit.

An. 459. Confefſionem publicam aboler. Obit an. 461. cum ſediſſet annos 21. minus 1. menſe.

Græcis miſerat Brandeum de tumulo Apoſtolorum dubitantibus an verū eſſet, id forſice ſeiſſum ſanguine manat. Orarat S. Leo aliquando ad ſepulcrum XL. diebus pro remiſſione peccatorum; Apparens ei denique S. Petrus, ait: *Dimiſſa tibi ſunt omnia, præter impoſitiones manuum, ſc. incautas; dimiſſiæ hæ non erāt quoad pœnā, quoad culpā remiſſe.*

48. S. HILARIUS Sardus creatur
an. 461. prius legatus ex Ephesini pseu-
doconcilii latrociniis effugerat an. 449.
nunc an. 461. confirmat tria Oecum.
Concilia, Nicænum, Ephesinum, Chal-
cedonense.

An. 463. Nouum cyclum paschalem
per Victorinum procurat.

An. 465. In causa Hispanica & Gal-
licana Ecclesiarum celebrat Romæ
Concilium.

An. 467. Anthenium Imp. iuramē-
to adstringit, ad compescendos Mace-
donianos hæreticos; ac moritur. Ma-
gnus templotum ornator auro, argen-
to, gemmis. &c. Sedit annis 6. Men. 10.

49. SIMPLICIUS Tiburtinus crea-
tur an. 467. Acatio Primatum Constā-
tinopolitanum promouenti resistit an.
472. Bona ecclesiastica sic diuisit, anno
475, vt portio vna detur Episcopo: altera
Clero: tertia & quarta Fabricæ ac
pauperibus.

An. 476. Odoacro Lupercalia Ro-
mæ cogitanti restitueret, restitit heroi-
cè.

An. 477. Zenonem Imp. ad melio-
rem frugem reducit. Multa magna per
orbis Ecclesias gessit; plures dedicauit
Ecclesias; obit an. 483. Sedit annis 15. M.
5. Orbis causas cognouit; sententias, le-
gesq; dedit; exauictorauit hos, illos pro-
mouit.

50. S. FELIX III. Romanus creatur
an. 483. Excommunicat Mogum, Cna-
phæum, Acacium; regitque inter eos
Zenonem Imp.

An. 487. In causa rebaptizatorum ab
Arianis agit Concilium Romæ, statuit-
que resipiscentes recipiendos: sed Epi-

scopos ac Presbyteros ab officio suspen-
di tota vita: Clericos inferiores septen-
nio stare inter pœnitentes, & peregrina
communione frui. Moritur an. 492. Se-
dit annis 9. minus diebus 12. fuit ataus
S. Gregorii Magni; eiusque sororibus
post obitum apparet.

51. S. GELASIVS I. Romanus crea-
tur an. 492. Quadripertitam bonorum
ecclesiasticorum confirmat anno 494.
Plures per orbem excommunicauit,
absoluit, &c. obit an. 496. Sedit an. 4.
M. 8.

52. ANASTASIUS II. creatur an. 496.
obit an. 498. Sedit an. 2. minus dies 7.

53. S. SYMMACHVS Sardus creatur an.
498. prior, cui proinde posterior crea-
tus Laurentius cessit, dum ad arbitrum
tenderent Theodoricum.

An. 499. celebrat Concilium Romæ
de electione Papparum. Ab Laurentia-
nis tamen passus calumniam, datum à
Theodorico Visitatorem pati debuit
contra Canones: Sed damnat Lauren-
tium inuasorem Sedis Apost.

An. 502. excommunicat Anastasium
Imp. ob hæresin, vicissim ab ipso hære-
sios insimulatus. Moritur post varias æ-
rumnas an. 515. cum sedisset annis 15.
Men. 8.

Eius dalmatica solum tacta liberauit
à dæmone obsessum. Paschasius quod
Laurentio fauisset, perpeti tamen pur-
gatorium debuit in balneo: Vnde libe-
ratus est à Germano Epif. Capua-
no. ita S. Greg. l. 4. Dial.

c. 10.